



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum**

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

**Lanuza, Jerónimo Bautista de**

**Antverpiæ, 1649**

§. 43. Tertio: processit hæc agonia sudorque sanguineus ex verecundiæ de peccatis, quibus se cernebat grauatum, que probatur ipso præcedente timore efficacior: notate mysterium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53092](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53092)

...sicut Pater aeternus super Christum omnia peccata, et pro illis integre satisfaceret: unde sic per Davidem loquitur: *Repleta est malis anima mea: Repleta, i. equam, omnia namque in eum occiderunt. Angustis ipsius tormenta contritionis, dolosique cordis: quid mirum, si tanto hinc impetu vinum illud sanguinis sui pretiosit hic ostendit quanta vi dolor hic eius viscera constringeret: Toto de corpore manabat sudor sanguineus, et guttae, teste D. Bern. quasi pro omnibus lacrimis fieret ipse sanguineus: Vbi non solus est, sed quasi membrum omnibus fleuisse visetur et cum corpore suo, quod est Ecclesia, totius terribi iulacrymis purgatur, &c.*

§. 43. Tertiò: Proceffit hac agonia sudorque sanguinem ex verecundia de peccatis, quibus se crebatur grauatam, qua probatur ipso precedente timore efficacior: notate mysticam.

**H**ic causa alia copulator, ea nempe, quod se Christus reum contemplatur coram iudicissimo Patris tribunali, peccatis omnibus coactis indutum: ut olim magnus ille Senex Zacharias coram Deo vellens apparuit velibus sordidis & maculatis, sicut autem Saluator noster summus pro culpis omnibus pallus est dolorem, ac si propriae fuissent, ita supremam pati voluit verecundiam, ac si ipse illas commisset, ipse Patri perfidus fuisset ille proditor. O quam hanc verecundiam prouocant agoniam! Omnium maxima agonia damnatorum, ut D. Basilio credo, erit ipsa confusio, qua percellentur coram Domini iudicis adstantes tribunali, quem grauer offendunt, strictam expectantes sententiam contra se proferendam, ut magis optent ipsi montibus cooperiri, & complasari, quam tantam patri debere confusionem. Grauior erit pudor ipso igne, &c. *Unco gehennam, i. au. d. loquentem D. Bern., sed pauco iudicis vultum.* Hæc vna fuit & quidem non inferior ratio agoniae Christi, videre se grauatam sceleribus, quæ licet aliena, tamen ut propria considerabat coram aeterni Patris offensi tribunali, qui iam paratum adhibebat ictum liberaturus ferocissimum tormentum cruciatuum, dolorum, mortisque, ignominiosæ. Idcirco illud poterat Davidis citari. *Dolores inferni circumdederunt me.* Si David hoc dixit propria tantum peccata persequens, quod coram Deo confitens, vires illi concederent, necui collaberetur, ossaque contremiscent: Non est Hieron. Bapt. de la Nuxa. Tom. IV.

*sanctus in carno mea à facie ira tua, & non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.* Quanto meliori iure dicere poterat hoc Christus, grauat nedom ipse David, sed totius mundi sceleribus? Declarat ipse Dominus verecundia suæ granitate, dicens, quanta hæc esset, soli Patri suo esse manifestum. Hinc opinor horum sensum esse verborum: *Tu scis verecundiam meam:* Nam legitur D. Hier. *Verecundiam meam, alij, buborem meum.* Ex hoc pudore singulariter sudor ille sanguineus ex vultu totoque corpore dimanauit.

Hoc discrimen nominis inter timorem & pudorem, quod timor, ut docet Doctor Anglicus, sanguinem de vultu, totoque corpore retrahat, & cor fatigat cooperire: nam præ timorem eius spiritus refrigerant, vires languescunt, & tremore colliduntur: natura ut prudentissima tunc illo sanguinem destinat, in partibus existentem exterioribus, ut eius fetore foueatur. Unde cerne alterum, si contra illum gladius euaginetur, quod timore in eum irruente, & eo commoto, facies illi tota palleat, corpus refrigerat, constringatur, & omni colore destituatur: ratio est: quia sanguine priuatur, qui secedit interior. In verecundia contingit oppositum: etenim sanguis ad partes profilit exteriores, potissimum autem ad vultum. Quanto rubore perfunderis oblata tibi occasione confusionis? Dicis: tali taurus accendit color, ut in maxillis eius ignis valeat incendi. Hinc ardor ille, calorque, quem salibus occasionibus in vultu, auribus, totoque corpore percensentis. Hoc ex prouida dimanat nature dispositione: quia in verecundia partes patiuntur exteriores: quia parulae sunt et conficientibus: idcirco pars quæ grauius tolerat, vultus est, ut pote magis apertus & nudus: hinc ait: in vultu pudor. Ut autem his natura partibus subueniat, & potissimum maxime laborantibus, nempe faciei, quasi velit illam contepere, velum illi sanguineum obicit, quasi illam eo cooperiens: unde facies ita maculis ex pudore notique conspergitur, ut quis alius quandoque esse videatur.

Hæc supposito Christum in herio considera nostris omnibus oppressum nequitijs, quasi pro-  
**III.** Christum  
opprimuntur, succumbens tormentis morte sua durio timor & ribus; atque quod sic se præsentet seueri aeterni Patris tribunali tanquam reum, ut eorum studia, etiam reddat illi rationem. Ex hoc concedit ex vna parte, ut talis in se timor excitetur mortis, quam sibi cernit imminetam. Heu quam seuera mors, heu quæ amarus ille calix! Dicat: *Timor & tremor*  
E f  
venerunt

Ps. 51. 6.

*veniam super me, & contemnat me iustitia.*  
 Ex altera vero verecundia nascitur, dum se considerat in conspectu superemi illius iudicis innumeris oneratum sceleribus, quasi propriis, maiori longè rubore, quàm quilibet Princeps si reus peruerit in patrem Regem proditoris coram illo confisteret, eiusque reddidurus rationem, nec respondere quidem sed pudore & rubore confusus meritum expectaret pro tanto crimine supplicii Magna est indubité timoris pena, cum ipse tantam eam faciat, ut mortalem illi provocaret tristitiam: *Tristis est anima mea usque ad mortem* vnde naturali motu se subducere cogebatur, & intelligo quòd sanguis ad cor se retraheret, partes defertens exteriores subueniens autem interioribus. Porro grauior fuit pena verecundie: quia superueniente illà destituit sanguis, cor & partes interiores, quo se ex timore retraxerat, & resiliit faciem cooperiturus partibus, omnes exteriores corporis impetu adeo vehementi, ut perfrigerat viamq; sibi per poros aperuerit, & faciem contexerit, totumque corpus inefficaciter, ut in terram vsque deflueret. O quanta verecundia! O quanta confusio! Merito loquatur *Confusus cooperuit faciem meam.* Hinc quoque concludit quanta tibi sit futura confusio coram Deo in die iudicij, tuorum reo peccatorum si Dominus eo solum quòd ea in se suscepit puniendus tam horribilem patiaris verecundiam, quàm toto corpore sanguinem effundat abundantem.

§. 4. Tandem hanc agoniam sudoremque pro-  
 uocauit sanguineum cordis robur, quod inui-  
 ctus ille dux declarat: *illud amoris igni ve-*  
*ceram, de qua David, liquefit, & quasi in*  
*terebantio, de qua Sapiens, operatus est.*

124. Mor.

**L**icet prædicta ita sint, alteram tamen addi-  
 mus Saluatoris agonie rationem: forte sci-  
 licet pectus in corde interiori, amoris &  
 obedientie, timoris & pauoris, quod ipse in se  
 provocauerat, cuique partem suam tradiderat  
 sensiuam. Hic cor retraheret insligans ut mor-  
 tem fugeret, amor autem illud excitat, ut eam  
 querat & amplectatur. Et quamuis multi hanc  
 negent delectationem, illam tamen admittit D.  
 Gregor. eamque declaro Euangelico textui val-  
 de conformem. Quando humana generis asser-  
 tor cum tribus discipulis suis scellit, & inscitauit,  
 atque provocauit in seipso terribiles illos  
 & horribiles tristitiae & pauoris affectus, de

quibus egimus, noluit se statim illis opponere,  
 nec illos moderari, nec attemperare, nec locu-  
 men aliquod accipere, secundum D. Thom. ut hoc  
 com. tempusque haberent ita perfectè, fortiter  
 que cor suum assigendi: non ille declarat, illi  
 vitam adimere sufficiebant. Hoc dolore peni-  
 tique perseverant, permittens ut timor ille &  
 metor animam corpisque cruciaret, & malum  
 sobire resugerent, ita ut Patrem deprecaretur in-  
 stanter, si possibile esset à se calix iste transferri.

Quando accessit Angelus eumque conforta-  
 uit, tunc quàm potuit vi maxima se constanter  
 opposuit illi metui, aliis obedientie & charita-  
 tis affectibus, iterum mortem acceptans, & per  
 hoc grauissimum ac fortissimum ortum est in  
 corde eius certamen inter obedientiam, & timo-  
 ritatem ex vna parte, quæ libenter acceptabant,  
 volebant & obeabant mortem: & timorem ex  
 altera, illam recusantem: ita ut pectus tunc  
 nunquam fuerit, quod posset, aut potuisset  
 humanum angustia torquere grauiori. Ita  
 sicut ille qui vires exurit fortiores, & erorem  
 uariis emittit, & auribus quemadmodum de  
 eo intelleximus, qui manu arripere & detinere  
 conatus est molendini rotam, toto impetu cir-  
 cumrotantem: ita Saluator conatus est pectus  
 metusque vires cohibere, quæ tormentorum mor-  
 tisque representatione cor illi commouebant,  
 & quasi in pila contrebant, illisque cohibere  
 actibus obedientie & charitatis fortissimi, volens  
 & acceptans mortem hanc, sequi dispositus,  
 ut obuiam illi procederet eam quasi utus. De-  
 cantata est illa Dicitis inuicti sententia: ut corpus  
 animositate, ita & intellectus sapientia celebraret.  
 Casus accidit illi valde eximiosus: toto cor-  
 pit corpore contremisere. Quid hoc Dominus  
 mi (quærent adstantes) tunc trepidas, tunc  
 midas, tunc palleccis? Quinam sunt hi timores,  
 quos notamus, extremi? Metus non est, insipit  
 cor iis, sed carnis: etenim tremuit ipsa ex fortitudo,  
 quam in illo conspicit, nefam non timen-  
 tendo periculum, sed illud aggredi debite-  
 rando.

De nonnullis Dei famulis, carnisque sue supra  
 modum mortificatoribus intellecti, quod  
 quando corpus eorum in insolito horrore contremis-  
 ceteret, ex animositate perterritum, quam in  
 spiritu sentiebat, qui iam decreuerat illud disci-  
 plinis, verberibus, carnisque castigare: non  
 minus quàm puerulos coram magistro suo, quem  
 videt virgis armatum, & præcipientem ut se ad  
 flagella denudet paratque excipienda. Robor hoc  
 spiritus in Christo, ipsum est, quod carnis